



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 55. Petrus Gillius Albiensis mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

**Sæcul. XVI.** citer impugnasset, integris quinque  
A.C. 1555. diebus insepultum reliquere, tandem  
 vero illud Citium deportari curarunt,  
 ubi etiam terræ mandatum fuit. Pa-  
 rentabat defuncto Georgius Fabricius  
 non solum sepulcrali inscriptione, sed  
 etiam quibusdam epigrammatibus, quo  
 in ejus opera concinnaverat.

## §. LV.

*Petrus Gillius Albensis mortuus.*

**Thu. l. 16.** **H**ic idem annus etiam exitialis fuit  
**Gesner. l. c.** Petro Ægidio, qui vulgo Gillius  
**Spond. l. c.** dictus, atque Albi natus Romæ extre-  
 mum clausit diem, cum annum sexa-  
 gesimum quintum explesset. Hic ad ex-  
 actam linquæ Græcæ ac latinæ, antiquita-  
 tis, veterum Scriptorum, bonarum di-  
 sciplinarum, ac præcipue rei naturalis  
 cognitionem indefessum longinquas re-  
 giones lustrandi studium adjungebat,  
 eoque incitatus jussu Francisci I., qui  
 literatorum eximius erat fautor, libros  
 nondum typis editos undique collige-  
 bat: cum vero per plusquam quadra-  
 ginta annos peregrinatus esset, a Bar-  
 bariæ Piratis captus in Africam abstra-  
 hebatur, e quorum tamen manibus tan-  
 dem elapsus fuerat sollicitudine, ac  
 liberalitate munificentissimi Literatorum  
 Patroni Armeniaci Cardinalis, qui Romæ  
 Galliarum Regis negotia procurabat.

Hunc

Hunc favorem Petrus semper gratissimo Sæc. XVI.  
 recolebat animo, vixque libertati resti- A.C. 1555.  
 tutus mox benefactorem suum Romæ  
 invisebat, ubi extremum etiam vitæ  
 diem clauserat. Hic idem ex Græco  
 in latinum idioma transtulit Theodo-  
 reti commentarios in duodecim Pro-  
 phetas minores, nec non sexdecim Ælia-  
 ni libros de Historia animalium. Para-  
 bat quoque editionem Historiæ eorum  
 omnium, quæ magis notatu, atque  
 admiratu digna ipsi videbantur, sed morte  
 præventus nonnisi Bosphori in Thracia,  
 & Constantinopolitanæ Urbis descrip-  
 tionem evulgare poterat. Fertur, quod  
 Petrus Belonus ejusdem Amanuensis, ac  
 per aliquot annos itinerum comes ma-  
 gnam eorum, quæ scripserat, partem  
 Gillio surripuerit, suoque nomine postea  
 typis ediderit.

## §. LVI.

*Polydori Virgilii opera.*

Quintus erat Polydorus Virgilius Ur- *Paul. Jov.*  
**U**bini in Italia natus, qui ab un- *in eleg.*  
 guiculis humaniorum literarum studio *cap. 145.*  
 deditus jam Anno Christi millesimo *Vossius l. 33.*  
 quadringentesimo nonagesimo quarto *de Histor.*  
 Proverbiorum collectionem ediderat,  
 circa quod tamen argumentum recen-  
 tiorum nullus operam suam impende-  
 rat. Anno sequenti publici juris fece-  
*Lat.*

*Hist. Eccles. Tom. XLII. U rat*